



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 81. Caput XI. De Reguaribus ab uno Monasterio ad aliud transeuntibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI. accedente legis gratia , sœcularia bene-
A.C. 1551. ficia tenere possunt , prout pluribus e-
 exemplis comprobatum exstat.

§. LXXXI.

C A P U T XI.

*De Regularibus ab uno Monasterio ad
aliud transeuntibus.*

„Quia vero Regulares de uno ad a-
 „lium Ordinem translati , facile
 „a suo Superiore licentiam standi extra
 „monasterium obtinere solent , ex quo
 „vagandi , & apostatandi occasio tri-
 „buitur : nemo cujuscunque ordinis
 „prælatus , vel Superior , vigore cuius-
 „cunque facultatis aliquem ad habitum,
 „& professionem admittere possit , nisi
 „ut in ordine ipso , ad quem transfertur ,
 „sub sui Superioris obedientia in clau-
 „stro perpetuo maneat , ac taliter trans-
 „latus , etiamsi Canonicorum regula-
 „rium fuerit , ad beneficia sœcularia ,
 „etiam curata , omnino incapax exi-
 „stat.

Nihilominus Innocentius III. in sua
 Constitutione , quæ incipit , *licet quibus-
 dam , extra , de regularibus* concedit his
 ipsis , quod , postquam a suo Prælato li-
 centiam transeundi ad arciorem Religionem
*postulaverint , libere possint Sanctioris vita
 propositum adimplere , non obstante indis-
 creti*

creti Praelati contradictione. Porro ex Sæcul. XVI.
illis verbis, quæ Synodus de Canonicis A.C. 1551.
Regularibus loquens in hujus capitinis
fine adjecit, coniiciunt nonnulli juris
Canonici Doctores, quod hi nullum
beneficium sæculare absque dispensatio-
ne possidere valeant, ac proin per con-
cordatum fuerit abrogata Innocentii III.
Constitutio, quæ incipit, *quod Dei timo-*
rem, vi cuius Parochias possidendi jus
obtinuerunt, alii ex adverso propug-
nant, quod Canonici Regulares ex ju-
re Communi ejusmodi beneficia possi-
dendi jure gaudeant, nec ulla dispen-
satione indigeant.

§. LXXXII.

C A P U T XII.

De jure Patronatus.

” **N**emo etiam, cuiusvis dignitatis
” Ecclesiasticæ, vel sæcularis, qua-
” cunque ratione, nisi Ecclesiam, be-
” neficium, aut capellam de novo fun-
” daverit, & extruxerit; seu jam ere-
” ctam, quæ tamen sine sufficiente do-
” te fuerit, de suis propriis, & patri-
” monialibus bonis competenter dota-
” verit; jus patronatus impetrare, aut
” obtainere possit, aut debeat: in casu
” autem fundationis, aut dotacionis
” hujusmodi institutio Episcopo, & non
” alteri inferiori, reservetur.

LXXXIII.